

aliis. Dices, forma & substantia rei pacto *Ratio*  
sive conventionem immutari non potest, l. dubit.  
*cum precario. ff. de precar.* At fidelitas po-  
 test, *feud. 2. dist. tit. 3. inf.* Ergo feudi sub-  
 stantia seu forma non est. Resp. valere con- *Ratio*  
 ventionem ne jus jurandum fidelitatis præ- *decia.*  
 restur, ne servitium præstetur. Cæterum  
 nulla est vis hujus conventionis, ne fides  
 præstetur, quia ejusmodi pactum uti ad  
 delinquendum invitatur, & malitiis fenestrâ  
 aperit ita servandum non est. Et sane feu-  
 dum, aut desinet esse feudum, si tale pactum  
 valeat, aut alterius contractus, puta em-  
 phytheuseos vel similis alicujus naturam  
 induet, *arg. l. 80. ff. de contrah. empt.* Fides  
 enim est pars intrinseca substantiæ feudi.  
 Juramentum fidelitatis substantiæ pars  
 non est, sed civili saltem ratione ad adstrin-  
 gendam vasalli fidem adhibetur, poterit i-  
 gitur vel consuetudine vel pacto remitti,  
 manente nihilominus feudo quoad fide-  
 litas manet.

DE DEFINITIONE  
 feudi.

C A P. III.

**F**EUDUM est jus *a* alieno *b* præ- *Quid sit*  
 dio *c* in perpetuum *d* utendi *feudum.*  
 fruendi *e*, quod pro beneficio *f* do-  
 mi-  
 A 5 mi-